

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima rationalis educatur in esse per creatione[m], vel per seminis
traductionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVÆST. III. DE CREATIONE. ARTIC. IX.

21

nis terminus, erat in materia ante generationem completam: non in actu, sed in potentia. Non est autem inconveniens duorum contrariorum vnu esse actu & aliud in potentia.

Et p. hoc patet responsio ad 9. Nā Anaxag. nō posset formas actu p̄existere in materia, sed latere.

Ad x. dicendum, q̄ forma p̄existit in materia imperfecte: non q̄ aliqua pars eius sit ibi in actu, & alia desit, sed quia tota p̄existit in potentia, & postmodum rotunda producitur in actu.

Et per hoc ēt patet responsio ad 11. patet. n. q̄ nō perficitur esse formæ in materia alio exteriori addito, quod in potentia materia non esset.

Ad xi. dicendum, q̄ esse in potentia & esse in actu: non dicunt diuersos modos accidentales, ex quorum diuersitate alteratio proueniat, sed substantiales. Nam etiam substantia dividitur per potentiam in actum, sicut & quodlibet aliud genus.

Ad xii. dicendum, q̄d forma accidentalis agit in virtute formæ substancialis quasi instrumentum eius: sicut etiam in 2. de anima calor ignis dicitur esse instrumentum virtutis nutritiva. Et ideo non est inconveniens, si d' actione formæ accidentalis ad formam substancialē terminetur.

Ad xiii. dicendum, q̄ etiam in semine calor feminis agit ut in se ipso virtus aie que est in semine. Quæ quidem licet imperfecta sit: tñ est impressio quadam animæ perfectæ relata. Est enim in semine ab aia generantis, & agit ēt in virtute corporis celestis: cuius est quasi instrumentum. Et p. hoc non dicitur q̄ semini generet, sed q̄ anima & sol.

Ad xv. dicendum, q̄ animalia generata ex putrefactione sunt minoris perfectionis aliis animalibus, unde in eorum generatione efficit uis caelestis corporis inferiori materiæ impresa, quod in generatione animalium perfectiorum facit eadem uis caelestis cum uirtute feminis.

Ad xvi. dicendum, q̄ licet mulier non sit similis equo, uel asino in specie, est tñ similis in genere proximatione cuius similitudinis ex diuersis species una species, quasi media generatur.

Ad xvii. dicendum, q̄ sicut uirtus diuina, primus agens non excludit actionem uirtutis naturalis: ita nec prima exemplaris forma, quæ est Deus, excludit derivationem formarum ab aliis inferioribus formis, quæ ad sibi similes formas agunt. Et per hoc patet responsio ad 8.

Nam Boetius intelligit formas quæ sunt in materia, prouenire ex formis quæ sunt sine materia, sicut a primis exemplaribus: non sicut a proximis.

Ad xix. dicendum, q̄ esse per creationem dicitur, in quantum ois causa secunda, dans esse, hoc habet in quantum agit in uirtute prime causa creantis: cū esse sit primus effectus nihil aliud presupponens.

Ad xx. dicendum, q̄ forma naturalis, quæ est in materia, non potest reduci ad formam per se existentem eiusdem speciei, cum forma naturalis habeat materiam in sui ratione, sed reducitur ad formam per se existentem, sicut dictum est.

ARTICVLVS. IX.

Vtrum anima rationalis educatur in esse per creationem, uel per seminis traductionem.

NONO queritur, utrum anima rationalis educatur in esse per creationem, uel per seminis traductionem. Et vñ q̄ propagetur cum semine. Dicitur enim Ge. 46. Cunctæ animæ, quæ in-

gressæ sunt cum Jacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius absque vxoribus filiorum. 66. Sed nihil egreditur de femore patris, nisi per seminis traductionem, ergo anima rationalis traducitur cum semine. Sed diceretur, quod ponitur pars pro toto, id est anima pro homine.

¶ 2 Sed contra. Homo est quid cōpositum ex anima & corpore. Si ergo totus homo ex femore patris egreditur, non solum corpus, sed etiam anima cum semine traducetur, vt prius.

¶ 3 Præt. Accidens traduci nō potest, nisi subiectum traducatur, eo q̄ accidens de subiecto in subiectum non trāscaret, sed anima rationalis est subiectum peccati originalis. Cum ergo peccatum originale traducatur a parente in prolem, videtur etiam quod anima rationalis filii a parente traducatur. Sed dicere-

B tur, quod peccatum originale, licet sit in anima sicut in subiecto, est tamen in carne sicut in causa. uero de carnis traductionem traducitur.

¶ 4 Sed contra: Roma 5. dicitur, peccatum per vnu hominem in mundum intravit, & per p̄m mortis, & ita mors in omnes pertransiit in quo omnes peccauerūt. Glosa autem exponit, in quo homine peccatore, vel in quo peccato. Non autē in illo peccato omnes peccassent, nisi illud vnu peccatum in omnes traductum fuisset. Illud ergo vnum peccatum quod in Adam fuit, in oēs traducitur. Et sic anima illius,

C quæ peccati subiectum erat, traducitur in omnes.

¶ 5 Præt. Omne agēs agit sibi simile: sed omne agēs agit per uirtutē formā. ergo illud, quod agit agens, est forma, sed generans agens est. ergo forma generati est per actionem generantis. Cum ergo homo generet hominem, & anima rationalis sit forma hominis, videtur quod anima rationalis sit per generationem, & non per creationem.

¶ 6 Præt. Secundū Philosphū in 2. Physi. Causa efficiēs in suo effectu incidit in idē specie. Sed homo sortitur specie per animam rōnalem. ergo vñ q̄ id quod facit generans in genito, sit anima rationalis.

¶ 7 Præt. Filii similantur parentibus propter hoc, quod a parentibus propagantur. Similantur autem parentibus filii, non solum quantum ad dispositio-nes corporales, sed etiam quantum ad dispositio-nes animæ. ergo sicut corpora a corporibus, ita ani-mæ ab animalibus traducuntur.

¶ 8 Præt. Moyses dicit Leuit. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Sed sanguis cum semine traducitur: præcipue cum sperma non sit nisi sanguis de coctus. ergo & anima cum semine traducitur.

¶ 9 Præt. Embrio antequā anima rationali perficiatur, habet aliquam operationem animæ: quia augeretur & nutritur & sentit. Sed operatio animæ nō est sine vita, ergo vivit, vita vero corporis principium est anima. ergo habet animam. Sed non potest dici quod adueniat ei alia anima: quia tunc in uno corpore essent duæ animæ. ergo ipsa anima quæ prius erat in semine propagata est anima rationalis.

¶ 10 Præt. Diuersa animæ secundum speciem: con-sistunt diuersas animas secundum speciem. Si ergo in semine ante ipsam animam rationalem erat anima, quæ non erat rationalis, erat ibi animal secundum speciem diuersum ab homine. Et sic ex illo non poterit homo fieri: quia diuersæ species animali non transeunt in invicem. Sed dices, quod huiusmodi operationes animæ non conuenient embrioni per animam, sed per aliquam uirtutem animæ quæ dicitur uirtus formativa.

Sed

QVÆST. III. DE CREATIONE, ARTIC. IX.

- ¶ 1. Sed contra, virtus supra substancialiam radicatur; unde ponitur media inter substantiam & operationem ut habetur a Dionysio in 11. c. cel. hierar. Si ergo est ibi virtus animæ, erit ibi anima substantia.
Cap. 11. c. 1. Lib. 3. de ani- malibus 6. 3.
- ¶ 1. Præt. Philosophus dicit in 16. de animalibus, quod embryo prius vivit quam animal; & prius animal quam homo. Sed omne animal haberet animam, ergo prius est ibi aliqua anima: quam si ibi anima rationalis per quam homo est homo.
- ¶ 1. Secundum Phil. in 2. de anima. Anima est actus viuentis corporis in quantum huiusmodi. Sed si embryo vivit, & operationem vita exercet per huiusmodi virtutem formatiuam, ipsa virtus erit actus eius in quantum est viuens. ergo erit anima.
- ¶ 1. Præt. Videlicet in primo de anima. Viuere in omnibus viuentibus per animam vegetabilem. Sed manifestum est embrionem vivere ante infusione animæ rationalis: cum in eo operationes vita inueniantur, ergo est ibi anima vegetabilis antequam sit anima rationalis.
- ¶ 1. Præt. In 2. de anima improbat Philo, qd augeri non est actus ignis: sicut principialis agentis, sed magis anima vegetabilis. Sed embryo ante aduentum animæ rationalis, sed virtus formativa, adueniente anima, illa virtus suam operationem non habebit, cum operatio, quam illa virtus faciebat in embrione, sufficienter postmodum fiat in animali per animam. ergo erit ibi ocio: quod videtur esse inconveniens: cum nihil sit oco sum in natura. Sed dices, quilla virtus destruitur adueniente anima rationali.
- ¶ 1. Sed contra. Dispositiones non destruuntur adueniente forma, sed manent, & quodammodo tenent formam in materia. Sed illa virtus erat quædam dispositio ad animam. ergo adueniente anima, illa virtus non destruitur.
- ¶ 1. Præt. Ex actione illius virtutis perenit ad introductionem animæ. Si ergo anima adueniente, illa virtus destruitur: videtur quod aliquid agat ad sui destructionem: quod est impossibile.
- ¶ 1. Præt. Homo est homo per animam rationalem. Si ergo anima non exit in esse per generationem: nec ent verum dicere quod homo generetur: quod pater est falsum.
- ¶ 1. Præt. Corpus hominis exit in esse per actionem generantis. Si ergo anima non exit in esse a generante: erit in homine duplex esse, unus corporis, quod facit generans, & aliud anima, quod hoc facit. Et sic ex anima & corpore non fit unum simpliciter: cum secundum esse differant.
- ¶ 1. Præt. Impossibile est qd actio unus agentis terminetur ad materiam, & alterius ad formam: alias ex forma & materia non esset unum simpliciter, cum unum factum sit per unam actionem. sed actio naturæ generantis terminatur ad corpus. ergo & terminatur ad animam quæ est forma eius.
- ¶ 1. Præt. Secundum Philosophum in 16. de animalibus: principia quorum actiones non sunt sine corpore, cum corpore producuntur. Sed actio animæ rationalis non est sine corpore: maxime enim intelligere est sine corpore, qd pater est falsum. Non enim est intelligere sine phantasmate, ut dicitur in primo & tertio de anima. Phantasma autem non est sine corpore, ergo anima rationalis cum corpore traducitur. Sed dicitur, qd anima rationalis indiget phantasmatem intelligendo, quantum ad acquisitionem.
- ¶ 1. Sed contra. non specierum intelligibilium: non autem postquam eas iam acquisuit.
- ¶ 1. Sed contra. hō postquam acquisuit scientiam, impeditur in actione intellectus leso organo phantasmatum: hoc autē nō est, si intellectus potest acquisitionem scientiae, phantasmatibus non indigeret. Indigit ergo eis non solum in acquirendo scientia, sed et in utendo scientia acquisita. Sed dices, qd impedimentum operationis intellectualis ex latrone organi phantasmatum prouenit non ex hoc, qd intellectus indiget phantasmatibus in utendo scientia acquisita, sed ex hoc qd imaginatio & intellectus sunt in una essentia animæ: unde per accidentem imaginatione impeditur, impeditur & intellectus.
- ¶ 1. Sed contra est, qd coniunctio potentiarum in una essentia aia est causa, quare qd una potentia intenditur in uno actu, alterius actus remittitur. sive qd aliquis attente videt, minus attente audit, & est causa quare una potentiarum cessante a suo actu, alia in suo actu roboratur. unde cæci plerumq; audiuntur. Non ergo propter huiusmodi coniunctionem continget, qd propter impedimentum potentiae imaginativæ impediretur actio intellectus, sed magis roboraretur.
- ¶ 1. Præt. Qui cumq; dat ultimum complementum operationi alieni, ille maxime operanti cooperatur. Sed si oēs aia humanae creantur a Deo, & ab ipso corporibus infunduntur, ipse dat ultimum complementum generationi, quæ est ex adulterio. ergo ipse cooperabitur adulteris, quod videtur absurdum.
- ¶ 1. Præt. Secundum Philosophum in 4. Meteor. per dictum unumquodq; est, quod pōt sibi simile facere. Quanto ergo aliquid est perfectius, tanto magis pōt sibi simile facere. Sed aia rationales sunt perfectiores materialibus formis elementorum, que sibi similes formas producunt. ergo virtute aia rationalis poterit aia rationalis produci per viam generationis.
- ¶ 1. Præt. Anima rationalis constituta est inter Deum & res corporales media, unde in libro de Causis dicitur, quod est creatura in orizonte æternitatis & temporis: sed in Deo generatio inuenitur, similiter in rebus corporalibus. ergo & anima, quæ est media, per generationem producitur.
- ¶ 1. Præt. Philosophus in 16. de animalibus dicit, quod spiritus qui exit cum spermate, est virtus propria animæ, & est res diuina. Et tale dicitur intellectus. Et ita uidetur qd intellectus propagetur cum semine.
- ¶ 1. Præt. In eodem lib. Philosophus dicit, qd in generatione femina dat corpus, & anima est ex materia. Et ita uidetur quod anima sit per seminis propagationem, & non per creationem.
- ¶ 1. Sed contra est, quod dicitur in libro de Causis, quod anima est per se immutabile, & non per generationem. Et res diuina, quod anima creatur a Deo.
- ¶ 1. Præt. In Psal. dicitur. Qui fixit singillatum corda eorum. Nō ergo una anima propagatur ex alia, sed omnes seorsum creantur a Deo.
- RESPON. Dicendum, qd circa hanc questionem antiquitus diversa dicebantur a diversis. Quidam namque dicebant aiam filii ex parentis anima propagari, sicut & corpus propagatur ex corpore. Alii vero dicebant, oēs aias seorsum creari: sed ponebatur a principio eas extra corpora fuisse creatas simul, & postmodum corporibus seminatis coniungebantur, vel proprio motu voluntatis secundum quodlibet, vel Deo mandante & faciente secundum alios. Alii vero

QVAEST. III. DE CREATIONE DEI, ARTIC. IX.

22

verò dicebant animas simul cum creaturā corporib[us] infundi. Quā quidem opiniones, quamvis aliquo tempore sustinerentur, & quā earum esset verior in dubium verteretur, ut patet ex Augustino in decimo super Gene. ad literam, & in libris quos scribit de origine animarū, tamen prima d[icitu]r postmodum iudicio eccl[esi]e sunt damnatae, & tertia approbata. Vnde dicitur in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas, nec simul creatas credimus, sicut Origenes fingit, neque cum corporibus per coitum seminantur, sicut Luciferiani, & Cirillus, & aliqui latinorum præsumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam seminari, ac formate iam corpore, animam creari & infundi. Diligenter autem consideranti, appetat rationabiliter illam opinionem esse damnatā, quā ponebat animam rationalem cum semine propagari, de qua nunc est questio. & hoc tribus rationibus potest videri ad præsens. Prima est, quia rationalis anima in hoc a ceteris formis differt, q[uod] alii formis non competit esse in quo ipsa subsistat, sed quo eis res formarē subsistunt. Animā uero rationalis sic habet esse, vt in eo subsistens. & hoc declarat diuersus modus agendi. Cum enim agere non possit nisi quod est, unumquodq[ue] hoc modo se habet ad operandum vel agendum, q[uod] se habet ad esse. Vnde, cum in operatione aliarum formarum necesse sit cōcire corpus, non aut in operatione rationalis anima, quā est intelligere & uelle, necesse est ipsi rationali anima esse attribui, quia res subsistenti, non autem alijs formis. Et ex hoc est, q[uod] inter formas, sola rationalis anima a corpore separatur. Ex hoc ergo pater q[uod] anima rationalis exit in se, non sicut forma alia, quibus proprie non conuenit fieri, sed dicuntur fieri factō quodam. Sed res quā fit, proprie, & per se fit. Quod autem fit, fit vel ex materia, vel ex nihilo. Quod uero ex materia fit, necesse est fieri ex materia contrarietati subiecta. Generationes enim ex contrario sunt secundum Philosophum. Vnde cum anima uero omnino materiam non habeat, uel ad minus non habeat materiam contrarietati subiectam, non potest fieri ex aliquo. Vnde restat q[uod] exeat in esse per creationem, quasi ex nihilo facta. Ponere autem q[uod] per generationem corporis fiat, est ponere ipsam non esse subsistentem, & per consequens cum corpore corrupti. Secunda ratio est, quia impossibile est actionem corporae virtutis ad hoc eleuari, q[uod] virtutem penitus spiritualis & incorporeā cauare possit. Nihil nam agit ultra suam speciem, immo agens oportet esse præstantius patiēte secundum Augustinum duodecimo super Genes. ad lit. Generatio autē hominis fit per virtutem generatiuam, quā organum habet corporale: virtus etiam, quā est in semine non agit nisi mediane calore, ut dicitur in 16. de animalibus: vnde cum anima rationalis sit forma penitus spiritualis, non dependens a corpore, nec communicans corpori in operatione, nullo mō per generationem corporis potest propagari, nec produci in esse per aliquā virtutē quā sit in semine. Tertia ratio est, quia omnis forma, quā exit in esse per generationē, uel per virtutem naturā, educitur de potentia materiæ, ut probatur in 7. Metaphysic. Anima uero rationalis non potest educi de potentia materiæ. Formæ enim quarū operations non sunt cum corpore, nō possunt de materia corporali educi, unde relinquitur

A quōd anima rōnalis non propagetur per virtutem generati. & haec est rō Aris. in 16. de animalibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] in autoritate inducta per syncedochem ponitur pars pro toto, id est, anima pro toto homine. & hoc ideo, quia anima est principalior pars hominis, & vnumquodq[ue] totum videtur esse id quod est principalius in eo: vnde totus homo videtur esse anima, vel intellectus, secundum quod dicitur in 9. Ethicorum.

AD SECUNDVM dicendum, q[uod] totus homo egreditur de semore generati, propter hoc q[uod] virtus feminis de semore egrediens operatur ad vniōnem corporis & animæ, disponendo materiā ultima dispositiōne, q[uod] est necessitans ad formam: ex qua vniōne homo habet q[uod] sit homo. Non autem ita, q[uod] qualib[et] pars hominis per virtutem feminis caufetur.

AD TERTIUM dicendum, q[uod] peccatum originale dicitur peccatum totius naturæ, sicut peccatum actualē dicitur peccatum personale, vnde quā est cōparatio peccati actualis ad unam personam singularem, eadem est comparatio peccati originalis ad totā naturam humānā, traditam a primo parente, in quo fuit peccati initium, & per cuius voluntatem in omnibus originale peccatum quasi uoluntarium reputatur. Sic ergo originale peccatum est in anima in quantum pertinet ad humanam naturam. Humana autem natura traducitur a parente in filium per traductionem carnis, cui postmodum anima infunditur, & ex hoc infectionē incurrit: quōd fit cum carne traducta vna natura. Si enim yniaretur ei ad constitutandam naturam, sicut Angelus vniatur corpori assumpto, infectionem non reciperet.

AD QUARTVM dicendum, q[uod] sicut in natura Ade, erat natura omniū nostrū originaliter, ita & p[ro]p[ri]et[ate] originalē, q[uod] in nobis est, erat in illo peccato originali originaliter. Nā peccatum originalē, ut dictū est, In solut. p[recept].

AD QUINTVM dicendum, q[uod] homo generās generat sibi simile in specie, in quantum generatum p[ro]actiōnem generantis producit ad participandum speciem eius. Quod quidem fit per hoc quōd generatum consequitur formam similem generanti. Si ergo forma illa non sit subsistens, sed esse suum sit solum in hoc q[uod] unitur ei cuius est forma: oportebit quōd generans sit causa ipsius formæ, sicut accidit in omnibus formis materialibus. Si autem sit talis forma quā subsistentiā habeat, & non dependeat esse suum totaliter ex vniōne ad materiam, sicut est in anima rationali: tunc sufficit quōd generans sit causa vniōnis talis formæ ad materiam per hoc q[uod] disponit materiali ad formam, nec oportet quōd sit causa ipsius formæ.

AD SEXTVM dicendum, quōd generans generat sibi simile in specie, in quantum generatum p[ro]actiōnem generantis producit ad participandum speciem eius. Quod quidem fit per hoc quōd generatum consequitur formam similem generanti. Si ergo forma illa non sit subsistens, sed esse suum sit solum in hoc q[uod] unitur ei cuius est forma: oportebit quōd generans sit causa ipsius formæ, sicut accidit in omnibus formis materialibus. Si autem sit talis forma quā subsistentiā habeat, & non dependeat esse suum totaliter ex vniōne ad materiam, sicut est in anima rationali: tunc sufficit quōd generans sit causa vniōnis talis formæ ad materiam per hoc q[uod] disponit materiali ad formam, nec oportet quōd sit causa ipsius formæ.

In corp. arr. D. 176.

B) AD SECVNDVM dicendum, q[uod] totus homo egreditur de semore generati, propter hoc q[uod] virtus feminis de semore egrediens operatur ad vniōnem corporis & animæ, disponendo materiā ultima dispositiōne, q[uod] est necessitans ad formam: ex qua vniōne homo habet q[uod] sit homo. Non autem ita, q[uod] qualib[et] pars hominis per virtutem feminis caufetur.

C) AD TERTIUM dicendum, q[uod] peccatum originale dicitur peccatum totius naturæ, sicut peccatum actualē dicitur peccatum personale, vnde quā est cōparatio peccati actualis ad unam personam singularem, eadem est comparatio peccati originalis ad totā naturam humānā, traditam a primo parente, in quo fuit peccati initium, & per cuius voluntatem in omnibus originale peccatum quasi uoluntarium reputatur. Sic ergo originale peccatum est in anima in quantum pertinet ad humanam naturam. Humana autem natura traducitur a parente in filium per traductionem carnis, cui postmodum anima infunditur, & ex hoc infectionē incurrit: quōd fit cum carne traducta vna natura. Si enim yniaretur ei ad constitutandam naturam, sicut Angelus vniatur corpori assumpto, infectionem non reciperet.

D) AD QVINTVM dicendum, q[uod] sicut in natura Ade, erat natura omniū nostrū originaliter, ita & p[ro]p[ri]et[ate] originalē, q[uod] in nobis est, erat in illo peccato originali originaliter. Nā peccatum originalē, ut dictū est, In solut. p[recept].

E) AD SEXTVM dicendum, quōd generans generat sibi simile in specie, in quantum generatum p[ro]actiōnem generantis producit ad participandum speciem eius. Quod quidem fit per hoc quōd generatum consequitur formam similem generanti. Si ergo forma illa non sit subsistens, sed esse suum sit solum in hoc q[uod] unitur ei cuius est forma: oportebit quōd generans sit causa ipsius formæ, sicut accidit in omnibus formis materialibus. Si autem sit talis forma quā subsistentiā habeat, & non dependeat esse suum totaliter ex vniōne ad materiam, sicut est in anima rationali: tunc sufficit quōd generans sit causa vniōnis talis formæ ad materiam per hoc q[uod] disponit materiali ad formam, nec oportet quōd sit causa ipsius formæ.

F) AD SECVNDVM dicendum, q[uod] ipsam dispositionē corporis sequitur dispositio animæ rationalis: tum q[uod] anima rationalis accipit a corpore, tum quia secundum diuersitatē materiæ diuersificantur & formæ. Et ex hoc est quōd filij similantur partēbus etiam in his quā pertinent ad animam: non propter hoc quōd

Lib. 10. cap.
24. 22.
Cap. 3. & seq.
Cap. 13. 10. 3.
inter op[er]a
Augusti.

Vide n. p.
218. ar. 2.

L. 1. de gen.
animalium.
18. a med.
&
L. 1. Physico.

L. 12. c. 16.
circa mediū.

Loco citato
in arg. 28.

Lib. 7. c. 6. 22.
D. 179.

Lib. 1. de ge.
cap. 2.
In arg. 2.

Lib. 1. c. 4. an.
te medium
& c. 8. a me-
dio.

QVAEST. III. DE CREATIONE, ARTIC. IX.

quod anima ex anima traducatur.

AD OCTAVVM dicendum, quod quia anima est proprie actus corporis uiuens: uiuere autem est per calidum & humidum: quae in animali per sanguinem conservantur. & ideo dicitur quod anima est in sanguine, ad designandum propriam dispositionem corporis, inquantum est materia perfecta per animam.

AD NONVM dicendum, qd circa embrionis uitā sunt aliqui diuersimode opinati. Quidam namq; assū milauerūt in generatione humana progressum anima rōnalis, progressū corporis humani, dicitēs, qd sicut corpus humanum in feminē est virtualiter, nō tamen habens actū humani corporis perfectionē quae in distinctione organorum cōsūit, seu paulatim per virtutē seminis ad perfectionē huiusmodi peruenit, ita in principio generationis est ibi anima, uitṛā quadā habens omnē perfectionē, quae postea apparet in homine completo, nō tamen eā habens actū, cum nō appareat animaē actiones, sed procul tempore paulatim eam acquirit, ita qd primo apparent in ea actiones animaē vegetabilis, & postmodū animaē sensibilis, & tandem animaē rationalis. Et hanc opinionē tangit Gregorius Nyssenus lib. quem fecit de homine. Sed hæc opinio non potest stare, quia aut intelligit qd ipsa anima fm speiem suam exīat a principio in feminē, nō nondum habens perfectas operations propter organorum defectum, aut intelligit qd in feminē a principio sit aliqua virtus vel forma, quae nondum habet speciē animaē: sicut nec semen habet speciem humani corporis, sed paulatim producitur per actionē naturæ ad hoc qd ipsa eadem sit anima, primo quidem vegetabilis, secundō sensibilis, & deinde rationalis. Prima autem pars huius diuisionis destruitur. Primo quidem per autoritatem Philosophi. Dicitur enim in secundo de anima, quod potentia uitæ quæ est in corpore Phys. organico, cuius actus est anima, non est abiectiō animam, sicut semē & fructus. Ex quo datur intelligi, quod semen est ita in potētia ad animam, qd anima caret. Secundō, quia cū semen nondum sit ultima assimilatione membris assimilatū: (sic enim eius resolutio est corruptio qdam,) sed sit superfluitas ultimæ digestiōis: vt dicitur in 15. de animalibus: nondum fuit in corpore generantis existens anima perfectum: unde non potest esse qd in principio suæ decisionis sit in eo anima. Tertio quia latō qd cum eo decideretur anima, non tñ potest hoc dici de anima rōnali: quia cū non sit actus aliquius partis corporis, nō potest decisio corpore decidi. Secundam etiam partem diuisionis p̄dictā patet esse falsam. Cum enim forma substantialis nō continue vel successiue in actuū producatur, sed in instati, alias oportet esse motū in genere substantiæ sicut est in genere qualitatib; nō potest esse qd illa virtus quæ est a principio in feminē, successiue proficiat ad diuersos gradus animaē. Non enim forma ignis in aere hoc modo inducitur, ut continuo procedat de imperfecto ad perfectum, cū nulla forma substantialis suscipiat magis & minus, sed solū materia per alteratiōē p̄cedentem variait, ut sit magis & minus disposita ad formā. Forma uero nō incipit esse in materia nisi in ultimo instanti alteratiōis. Alij uero dicūt, qd in feminē primo est anima vegetabilis, & postmodū ea manet, inducitur anima sensibilis ex uitriō generatīs, & ultimo inducitur anima rationalis per creationē: ita qd ponuntur

F in homine esse esse tres aias per essentiam differētes. Sed cōtra hoc est quod dī in libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Neque duas aias dicimus esse in uno hoīe: sicut & Iacobus & alii Syrorum scribunt: vnam aialem qua animatur corpus & immisla sit sanguini, & alteram spiritualem qua rōnem ministret. Et iterum impossibile est, unius & eiusdem rei esse plures formas substantiales: nā cum forma substantialis faciat esse non solum fm quid, sed simpli- citer, & cōstituat hoc aliquid in genere substantiæ, si prima forma hoc facit, secunda adueniēs, inueniēs subiectum iā in esse substantiali constitutū, acciden taliter ei aduenieret. Et sic sequeretur, qd aia sensibilis & rationalis in hoīe, corpori accidentaliter unian tur. Nec pō dici qd aia vegetabilis quæ in planta est forma substantialis, in homine non sit forma substantialis, sed dispositio ad formam, quia quod est in genere substantiæ, nullus accidens esse pō: ut dī in primo Phisic. Vnde alij dicunt, qd anima vegetabilis est in potentia ad aiam sensibilem, & sensibili est actus eius, unde aia vegetabilis quæ primo est in feminē, per actionem naturæ perducitur ad complemētum aia sensibili: & ulterius anima rationalis est actus & complementum aia sensibili: unde aia sensibilis perducitur ad suum complementū: si ad aiam rationalem, non per actionem generantis, sed per actum creantis. Et sic dicunt qd ipsa rationa lis anima in homine partim est ab intrinseco, s. quātum ad naturam intellectualem, & partim ab extrin seco, quantum ad naturā vegetabilē & sensibilem. Sed hoc nullo modo pō stare: quia uel hoc ita in telligitur qd natura intellectuālis sit alia anima a vegetabili & sensibili, & sic redit in idem cum secunda opinione: uel intelligitur ita qd ex istis tribus naturis constitutur substantia aia, in qua natura intellectuālis erit ut formale, & natura sensibilis, & vegetabilis erit ut materiale. Ex quo sequitur, qd cum natura sensibilis & vegetabilis sint corruptibiles, ut pote de materia eductæ, qd substantia anima humana non possit esse perpetua. Sequitur idem ēt in co ueniens, quod inducitur ēt contra primā, qd forma substantialis successiue educatur in actuū. Alii vero dicunt, qd embrío non habet aiam, quoniamq; perficiatur aia rationali: operations autem uitæ quæ in eo apparent, sunt ex aia matris. Sed hoc non pō esse, nā in hoc uiuentia a non uiuentibus differunt, quia uiuentia mouent seipsa fm operations uitæ, quod de non uiuentibus dici non pō: vnde non pō esse qd nutritiō & augeri, quæ sunt propriæ operations uiuentis, sint in embrione a principio extrinseco: ab aia matris. Et præterea, uitrus nutritiua matris as similaret cibum corpori matris, & nō corpori embrioni: cū nutritiua deserueret indiuīduo: sicut gene rativa a speciei. & iterum sentire non possit esse in embrione ex anima matris. Et ideo alii dicunt, qd in embrione non est anima ante infusionem aia rationalis, sed est ibi uis formativa: quia hīmōi operatiōes uitæ in embrione exercet. Sed hoc ēt esse nō pō, quia cū apparent esse in embrione ante ultimum cōplementū diuersæ operations uitæ: non possunt esse ab una uitre. unde oportet qd sit ibi aia habens diuersas uitutes. Et ideo aliter est dicen dū, qd in feminē a principio suæ decisionis non est anima, sed uitrus, aia: quia fundatur in spiritu qui in feminē cōtinetur quod de natura sui spūmosum est, & p cōsequēs corporalī spiritus cōtinuū. Ita autem uitrus agit disponendo materiam, & formando ad

Re. etiam in
li. de anima
cap. 8.

Lib. 2. com.
20.

Lib. 1. de ge
ner. anima
lib. cap. 12.

Cap. 11. i
Prima con
tra Aug.

Lit. Nij
com. 17.

In fo
ad 2.

Part. 3
in illa 1.

In fo
13. 14.

In fo
arg.

QVAEST. III. DE CREATIONE, ARTIC. IX.

23

ad susceptionem animæ. Et sciendum quod aliter est in generatione hominis vel animalis, & aliter in generatione aeris vel aquæ. Nam generatio aeris est simplex; cum in tota generatione aeris non apparet nisi duæ formæ substantiales, vna quæ abiicitur, & alia quæ inducitur: quod totum fit simul in uno instâti, unde ante introductionem formæ aeris, semper manet ibi forma aquæ: nec sunt ibi dispositions ad formam aeris. In generatione autem animalis apparent diversæ formæ substantiales: cum primo apparet sperma, & postea sanguis, & sic deinceps quoque sit forma hominis vel animalis. Et sic oportet quod huiusmodi generatio non sit simplex, sed continens in se plures generationes & corruptiones. Non enim potest esse quod vna & eadem forma substantialis gradatim educatur in actum: ut ostensum est. Sic ergo per virtutem formativam que a principio est in semine: abiecta forma sperma est inducitur alias formæ: qua abiecta iterum inducitur alia. Et sic primo inducatur anima vegetabilis: deinde ea abiecta inducatur anima sensibilis & vegetabilis simul: qua abiecta inducatur non per virtutem prædictam, sed a creata anima quæ simul est rationalis, sensibilis, & vegetabilis. Et sic dicendum est secundum hanc opinionem: quod embrionis aequalum habeat animam rationalem uiuit, & habet animam: qua abiecta inducitur anima rationalis. Et si non sequitur duas animas esse in eodem corpore: nec animam rationalem traduci cum semine,

Ad x dicendum, quod embrion antequā habeat animam rationalem : non est ens perfectum, sed in via ad perfectionem, vnde non est in genere vel specie, nisi per reductionem sicut in complectum reducitur ad genus vel speciem completi.

Ad xi. dicendum, quod in semine a principio quamvis non sit anima: est tamen ibi virtus anima: ut dictum est. Quia quidem uirtus fundatur in spiritu qui in spermate continetur. Et dicitur uirtus animæ: quia est ab anima generantis.

AD XI. dicendum, quod embryo ante animaliem vivit, & animam habet ut dictum est hoc argumentum concedimus.

Et similiter. 13. 14. & 15.

Ad xvi. dicendum, quod virtus formativa quae in principio est in semine, manet adueniente etiam anima rationali: sicut & spiritus in quos serè tota substantia spermatis convernitur, manet. Et illa qua prius fuit formativa corporis, fit postmodum corporis regitiva. Sicut etiam calor qui fuit dispositio ad formam ignis manet forma ignis adueniente, ut instrumentum formæ in agendo. Et per hoc patet solutio ad 17. & ad 18.

Ad xii. dicendum, quod licet anima rationalis non sit a generante: unio tamen corporis ad eam, est quodammodo a generante: ut dictum est. Et ideo homo dicitur generari.

Ad xx. dicendum, quod pro tanto in homine non est duplex esse: quia non est sic intelligendum corpus esse a generante & anima a creante, quasi corpori acquiratur esse separatum a generante, & separationem anima a creante, sed quia creans dat esse animam in corpore, & generans disponit corpus ad hoc, quod iuuus esse sit particeps per animam sibi vnitam.

AD XXI. dicendum quod duo agentia omnino
disparata non possunt hoc modo le habere: quod
actio unius terminetur ad materiam & alterius ad
formam. hoc tamen contingit in duobus agentibus

A ordinatis, quorum unum est instrumentum alterius. Actio enim principialis agentis se extendit quodque ad aliquid ad quod non potest se extenderet actio instrumenti. Natura autem est sicut instrumentum quoddam diuinæ virtutis, ut supra ostensum est, unde non est inconveniens si virtus diuina sola faciat animam rationalem; actione naturæ se extendeat solum ad disponendum corpus.

B Ad xxii. dicendum, quod intellectus in corpore exi-
stens, non indiget aliquo corporali: quod ad intel-
ligendum simul cum intellectu sit principium intel-
lectualis operationis, sicut accidit in visu. Nam prin-
cipium uisus non est uisus tantum, sed oculus con-
stans ex uisu & pupilla. Indiget autem corpore tan-
quam obiectu, sicut uisus indiget pariete in quo est
color. Namphantasmata comparantur ad intellectum,
ut colores ad uisum, sicut dicitur in tertio de anima. Et
ex hoc est quod intellectus impeditur in intelligendo
la so organophantasiæ, quia quadrum est in corpo-
re indigerphantasmatis, nō solum quali accipiēt
aphantasmatis dum acquirit scientiam, sed etiam
comparans species intelligibilisphantasmatis, dum utitur scientiaacquisita. Et propter hoc exem-
pla in scientiis sunt necessaria.

Et per hoc patet responsio ad 23. & 24.

Ad xxv. dicendum, quilla ratio est Apollinaris: ut Greg. Nilssenus dicit, Decipiebatur autem in hoc, quod non cingebat operationem naturae: quia est generatio prolis, cui Deus dat complementum, ab operatione uoluntaria adulterii in qua peccatum consistit.

Ad xxvi. dicendum q̄ anima cum sit perfectio
formis materialibus, posset sibi simile producere,
si aīa rationalis posset producere aliud quam per crea-
tionem, quod esse non potest. Et hoc prouenit ex
eius perfectione, ut ex predicitis potest patere.

Ad xxvi. dicendum, q̄ in solo Deo potest esse una natura in pluribus suppositis. Et ideo ibi solūmodo p̄tēcē generatio sine imperfectione mutationis & diuisionis. vnde nobiliores creature, quæ sunt indivisiibiles, nec substantialiter transmutantur, sicut anima rationalis & Angelus, non generantur. Sed inferiores creature, quæ sunt divisibilis & cor-

AD XXVII. dicendum, quod uirtus illa quæ est in semine a Philosopho vocatur intellectus, ut dicit Com. in 7. Meta. propter quandam similitudinem, quia sicut intellectus operatur aib[us] organo, ita & illa uirtus.

Ad xxix. dicendum, quod verbum illud Philosophi est intelligendum de anima sensibili, non de rationali.

ARTICVLVS X.

Vtrum anima rationalis sit creata in corpore.

DE C I M O quæritur, vtrum anima rationalis
fuit creata in corpore vel extra corpus. Et vt
quod sit creata extra corpus. Eorum enim
qui sunt idem secundum speciem est idem modus
prodeundi in esse. Sed animæ nostræ sunt eiusdem
speciei cum anima Adæ. Anima autem Adæ fuit
extra corpus cum Angelis creata, vt Augustinus di-
cit 7. super Gene. ad literam. ergo & aliæ animæ hu-
manæ extra corpus creaturæ.

D.37.
Art.8. huinc
q.ad 14. arg.
clarius art.
7^a corp.

com.18.te.3.

n lib. de am-
or cap. 6. a
medio.

In corp. art.

Com. 32:

1.p.q.90.ar.
4.& 118. ar.
3.Hr 3. d. 3.
q.6.art.3.Hr
3.com@e.81,